UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Ephrem Syrus. Dei præsentis cogitatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71907

Visual Library

S. EPHREM SYRUS.

Dei præſentis cogitatio.

Deus, qui ubique præſens intueris omnia, fac ut Sancti EPHREM exemplo doctrinaque inſtructi, te nobis adeſſe jugiter cogitemus; & digne in tuo conſpectu verſemur.

Ora pro raro cogitantibus de Deo, &

Adoleſcens Ephrem, cum innocens (ut rebatur) carceri ſe mancipatum doleret, ex Angelo didicit, ſæpe homines juſtas veri criminis pœnas falſo titulo luere; ſuumque occultum aliàs reatum agnoſcens, Monachum ſe futurum vovit, ſi liber evaderet. Voti damnatus ad eremum ſe contulit; & rigore pœnitentiæ ac Dei ubique præſentis cogitatione adverſus carnis tentamenta munitus, eamdem etiam ingeſſit impudicæ mulierculæ, hominum oculos verecundari ſe faſſæ, ne publico in foro flagitium admitteret. Hæreticorum ſui temporis in Syria malleus, Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconum ſe paſſus ordinari, verbis ſcriptiſque plurimum profecit in populo, cum quo ut Grȩce etiam agere poſſet, S. Baſilius eidem obtinuit divinitus. Plures ejus virtutes diſcere licet ex teſtamento quod ſcripſit: ſed prolixiori laudatione eaſdem expoſuit S. Gregorius Nyſſenus, cum Ephrem anno 378 finiſſet vitæ curſum miraculis clarus vivus ac mortuus.

Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi. Pſal. 1[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN